



Cancellarii Diocesis Vilnen ad Sacram Congregationem
Emmorum P. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum
in Ordine obtinenda approbationis super alienatione præ
Trybilly et Villarum ad illud spectantium, itidem Trybilly
et Sawieruny appellatarum, porrecto, relata fuerant, pro-
cepimus sequenti Methodo, et Tenore exacto ad has con-
missionis Literas que sequuntur. = Christophorus Ala-
nus a Rupow Rembek, Dei et Aplice Sedis gratia
Vnanopolitanus et Coadiutor Episcopus Locen, Polesiarum
Cathedralium Locen Prepositus, Cracoviensis Canonicus
Insignis Collegii Regis Variaviensis in Cathedrali Posnat
Archi-Diaconus, Dux Belunen Ordinum Aquile Albe
et P. Anislai Egnes, a Pmo Dno Nro Domino Pio
Divina Providentia Episcopus Noninis P. VI. et P. Sede
cum facultatibus Nuntii in Regno Polonia et Magna
Ducatu Litt^æ Deputatus Viresgerens Dilectis
Vobis in Christo Reverendissimis Adum Ratis Dnis
Nicodemo Luzyna et Jacobo Dederko Canonicis Ca-
thedralibus Vilnen Salutem in Domino sempiternam.
Noverint Reverendissimi Adum Ratis Dnationes Vre ad
supplices Preces nomine Reverendissimi Adum Rati Dni
Ant: Bukaty Cancellarii Diocesis Vilnen in Negotio quod
Ipse duas Villas Trybilly et Sawieruny, nuncupatas habens
ad suum Cancellariatum spectantes, propter continuas
cum vicinis lites, et incertitudinem limitum, earundem Villa-
rum summum detrimentum in proventibus annuis patiatur,
qua propter, ut liceat Gypsi easdem Villas vendere, et pro ma-
jori utilitate pretium super Bonis Mundis pro percipiendo
annuo censu locare, ad Sacram Congregationem Concilii Tridentini
porrecta, emanavit ab eadem Sacra Congregatione Die 10^{ma}
Januarii anni currentis 1784^{to} Rescriptum in forma
Originali Manibus quorum infra scriptum et sigillatum,
sanum saluum et illesum, cuius Tenor est talis =: Die 10^{ma}
Januarii 1784^{to} Sacra Congregatio Emmorum P. R. E.
Cardinalium




Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum attenta attestati-
one Episcopi Vindobonensis benigne commisit Nuntio Apostolico
Poloniae ut veris existens narratis et praevia edictorum
affixione postquam imperviret, in evidentem Cancellari-
atus utilitatem fore cessuram, petitam facultatem alie-
nandi praefata Bona favore Majoris Oblatoris, pro suo
arbitrio et conscientia Oratori gratis impertiat, ita ta-
men ut Summa ex hujusmodi alienatione retrahenda ad
Sacram deponatur ex inde non amoveatur, nisi effectum
illam integre et fideliter investigandi, in Bonis stabilibus
liberis, tutis atq; fructiferis favore juri Cancellariatus =
Cardinalis Pallavicinus = Louis Agilli = F. Carrara Secreta-
rius = Cum itaq; Nobis praevomissum sit, ut veris existenti-
bus narratis etc. dictas Villas vendendi facultatem imper-
tiamur, ad ejusmodi vero peragendam verificationem, descri-
ptio Patris, atq; confinium proventuum Annuorum
dictarum Villarum per necessaria exigitur, Nos quoq; gravio-
ribus Negotiis distenti, praevissa in loco loci peragere non va-
lemus, jam autem de Perillustrium Adum. Porum D.D.
Urbanum Zelo, Pietate et in rebus agendis destitute pluri-
mum in Domino confisi, eadem deputandum esse censuimus
prout per presentes deputamus, ut capitate tempore ad locum
loci, condescendentes in inscriptionem earundem Villarum a
quo et quando sunt facta inspiciant, confinia longitudi-
nem latitudinem fundi Sylvarum Lacuum Piscinarum
numerum Gasarum et Pubclitorum Annuorumq; Proventuum
estribus Annis medium desumendo, inter quas vicinities
ab Oriente Occidente Meridie et Septentrione, cum quibus
vicinis Lites agitate in quo Palatinatu et Districtu ja-
cent, describant, constitog sibi, tum ex fide dignis Personis,
tum ex praecedentibus Registris seu Contractibus de quanti-
tate Annui Proventus Literas in notescenciales in utraq;
Villa parieti Majoris Gasa affigi curent, cum enuntia-
tione = quod haec Villa venditio sit destinata, et spatium
duorum Mensium ab affixione earundem Innotescen-
putandorum, plus offerenti vendetur, elapsiq; iisdem

duobus




Duobus Mensibus Contractus inter vendentem et plus offerentem stipuletur, utq; tutus locus Bonag munda locationi huius Summa offerenda indicantur, atq; praemissa omnia in Auctoritatem redacta una cum innotescendialibus post labsum duorum Mensium ademptis, ad Nos in occluso Rotulo transmittantur. Volumus ut Nos habita praemissorum exacta informatione, ad executionem seu negationem praemissorum procedere valeamus, ad quem effectum Perillustribus Adum Radis Quibz Vris necessarias et oportunas facultates Auctoritate Nostra, qua, hac in parte fungimur, communicamus. In quorum fidem Datum Varaviae Die 23^a Junii Anno Dni 1784^{to} Onuphrius Bembek Sancus Cathedr. Praevident Auditor Genilis et Judea Pauc Nuntiatus locum tenens nro. S. Josephus Driepkowski Cancellarius = Porro praedium ipsum Trybitty et Villa penes praedium itidem Trybitty Altera vero Pawierzuny dictae in Palatinatu Vilnen site, quemadmodum in Ratu hodierno mox describendo sunt, inscripta fuerant Die Undecima Junii Anno 1629^{no} una cum Bonis Cudziwiskii, in Districtu Opuniaren. situm habentibus ab Alexandro Kolecki Aulico P. A. M. in perpetuam fundationem Cancellariatus penes Ecclesiam Cathedr. Tituli S. Pauli in Vilnen. de quo fidem facit Autenticum fundationis conscriptae et coram Tribunali Magui Ducatus Litt^{ae} Anno 1629^{no} Julii 30^{ma}. recognitum Documentum, cuius Contractum ex Archivio Diocesano Vilnen. coram Nobis productum revidimus et perscrutati sumus = A eodem Documento aequae ac ex variis locationum laudati Praedii, cum suis Villis Contractibus Inventariisq; nec non ex confessione omnium in testimonium vocatorum, patuit fundos dictorum praedii et Villarum tam cultos quam in cultos Sylvisq; obritos contineri equidem debere in longum et latum universim Mansos duodecim, verum hi fundi ob penuriam signorum dislimitantium adeo sunt coarctati ut via ac ne via quidem medietas illorum a Cancellariis possideatur. Ab unica enim tantum parte, qua Septentrionem spectat, et fundis praedii dicti Kierna ad Monasterium Monialium Sancti Francisci Vilnen. attinentis Confines sunt certos et designatos

Limites




Limites, habent, in reliquis vero partibus continuando a Septentrio-
ne, ubi etiam cum praedio PP. Dominicanorum Conventus Sum-
scepri contingunt, ad Ortum et Meridiem ubi adjacent fundis
Frankopol, et Brno Stowoszyzna, et ad Occasum, ubi cum fun-
dis Pirany appellatione coherent, qui vero fundi ab Ortum Me-
ridie et Occasum omnes ad Monasterium PP. Basilianorum
Vilnens. spectant quemadmodum nulla certitudo Limitum
apparet, ita discerpti, diminutiq. sunt, iniquiter. — Unde per-
petue cum iisdem Monasteriis circa approbationem fundorum
Lites, perpetua ab utring agrorum invasio, Amentorumq.
devastatio, perpetuo inter Colonos utriusq. partis collisio
continua pariunt litigia, quibus sustinendis et promovendis
integri Anni ex eodem Praedio redditus aliquando non suffi-
ciunt, cum hi primum quidem Summam Florenorum Octingento-
rum, in Annum dederint, deinde post instaurationem caupona
ad florenos Mille ascenderint, in presenti vero Patu, quingen-
tos, duntaxat, florenos efficiant, quemadmodum id triplex a
tribus postremis Possessoribus datus locativis Annud Con-
tractus, demonstravit, namq. soli minus fœunda imo potius
inutilis sterilitas et praetorum ad fovendum fœnum conser-
vandumq. gregem, paucissima tam penes Praedictum, ipsam,
quam penes Gasam Colonorum portio, modicos parere, solet
fructus; ac aliunde nullum fluvium aut fontem aquarum,
nullum lacum aut piscinas idem Praedium cum suis Villis
contineus, nullo etiam redditus ampliores produere previ-
detur; quam ob causam Colonorum quoq. Gase, qui in utraq.
Villa duodecim numerantur non facile fœdas suos acqui-
runt, quia hi neque antea Gasis, perpetuo addicti fuerant,
neq. nunc alii addiuntur, nisi qui pro tempore adventiti sunt,
quiq. postquam probaverint, non respondere suis laboribus
emolumentum, illuc egrediuntur alio, glebamq. relinquunt
aut incultam aut ex coli pro peruria Operariorum incapacem.
Neq. unquam sperandum videtur quod Coloni Gasarum supra
dictarum ad eum perveniant. Industria Patum ut quod
natura infecundi Soli negat, illud arte viacere pergant.
Huiusmodi enim Cononomia multis impensis indigeat,
que nisi a Domino Fundi attributa fuerint, egerime, ab in-
opibus Colonis desiderari possunt. — Quemadmodum

Domicilia




Domicilia quoque tum Prædii ipsius, tum Gasarum complurium, nisi aliquot Millia florenorum ad eorum restaurationem reparacionemque impenderentur, brevissime vitura sunt. — Quibus omnibus Visis, auditis, consideratis atque perpensis, Innotescitiales super venditione altēfatorum Prædii et Villarum tam in ipso Prædio, quam ad principales utriusque Villa Gasas affigendas esse mandavimus, sequenti Tenore scriptas = Notum sit omnibus quod Prædium hoc Trybitty et Villa ad illud spectantes Juno Cancellariatus Cathedr. Vilnen. ad vendendum sunt destinatae, si quis proinde emere illas voluerit, offerat pretium Commisarii a Sacra Nuntiatura Apostolica ad actum huius venditionis specialiter designatis Illustriissimis R. D. smis Dnis Prænominatis Officiali, et Dederko Canonico Vilnen. Vilnaq; degentibus, eadem vero Innotescitiales quatenus per duos sequentes Menses, a Die affisionis computandos continuo affixe habeant, serio injungimus. — Quibus tandem emanatis ac longe post cum nemo alius aut minus aut plus pro sequente Prædio Trybitty cum Villis Trybitty iterum, et Sawiczum appellatis obtulerit, quam Monasterium PP. Basilianorum Vilnen. quod Viginti Millia florenorum et spondit, et illius exsolvendos proposuit, ideo Contractum emptionis et venditionis inter Perillusstem et Adum Actum Dnum Antonium Bukaty Cancellarium Actualem Cathedr. Vilnen. et Monasterium PP. Basilianorum, itidem Vilnen. stipulari permisimus. — Utilitati itaque Cancellariatus Vilnen. optime provideri censetur, si pro redditibus illis qui adeo inconstantes evant, qui non ultra mille florenorum crescere poterant, quicquid in toto, aut in potiori parte, pro litis impensis erogandi erant, redditus certos Mille quadringentos florenos efficientes, ea quanto illo Viginti Millium florenorum quod in pretium supra memorati Prædii oblatum est, numerando videlicet Annuum Censusum iuxta Leges Litt^{ae} per septem a cento, acquirat. — Quibus sane eo constantius idem Cancellariatus protegetur, quo majori solitudine actualis Cancellarius Perillusstem et Adum Actum Dnus Antonius Bukaty procuravit, pecunia repetendo, Bona Terrestria Perheiwicz nuncupata in Palatinatu Minscen. sita ad Illustriissimos Dnos Franciscum et Barbaram de Drozer Bukaty Jure hereditario pertinentia, libera tuta ab oneribus

munda




munda, investire; De quo Ordinarium loci et Capulum Cathedralis
Vilnen. sine quorum scitu remitti unquam, dictum speculum
vel levare, vel transferre licebit, certiore reddere conscientiam.
Illius onerandam esse existimamus. = Duo omnia verificata
indagata ac composita, consideranda, disjudicanda et si pla-
cuerit in perpetuum approbanda, Re Nuntiatus Aplice
cum ea qua par est reverentia remittentes, manibus propriis
subscripsimus et sigillis respectivis communimus = Nico-
demus Puryna Canonicus Cathedralis et Officialis Generalis Vil-
nensis L. P. = Jacobus Dederko Canonus Cathedralis Vilnen.
Purogatt. L. P. Idem Transumptum Literarum in tus esava-
tanum ex Polonico Idiomate in Latinum, Tenoris sequentis =
Extractum ex libris Terrestribus Causarum Perpetuarum Pa-
latinatus Vilnen Anno Millesimo Septingentesimo Nonage-
simo, Mensis Julii Vigesima Secunda Die. Foram Actis
Palatinatus Vilnen. Terrestribus comparens Personaliter Illus-
tris Adum Adus Dominus Thadeus Pawlikowski Coadjutor
Cancellarius Capituli Vilnen suo suiq. Perillustri Reali Dni
Antonii Bukaty Capituli Vilnen Cancellarii nomine, et provi-
sus ejusdem Perillustri Reali Dni Plenipotentialibus Li-
teris nec non evictionaliter se subscribens, Jus perpetua vendi-
tionis in Kusa Trybitty cum Pradio et Paviouruny dicta, in Pa-
latinatu Vilnen sita ad ejusdem Cancellarium Vilnen. funda-
tionaliter attinentia, cum Inventario recognito Adm. Reali
Ptri Hieronymo Artechy Superiori cunctisq. Monasterii
Vilnen habitantibus Basilianis extraditum coram Me Sa-
vero Giedroyci Juraha Terrestri et Castrensi Palatinatus
Vilnen. Regente acticavit, et ejusmodi suam Acticationem
secundum prescripta Constitutionis Millesimi Septingen-
tesimi Sexagesimi Quarti, Anni Conventuum Coronationis
in Inscriptis Legalisatum et Acticationem in Protocollo
Manu propria roboratam postulavit in Acta Palatinatus
Vilnen. Terrestria Causarum Perpetuarum, inscribere, que
Perpetua venditionis in scriptio circa Inventarium in Acta
Palatinatus Vilnen. Terrestria Causarum Perpetuarum Verborum
ad verbum in scripta, ut sequuntur, sonant. Thadeus Paw-
likowski Coadjutor suo et Perillustri Reali Dni Antonii
Bukaty Cancellarii Capituli Vilnen. in vi Plenipotentialium,
sibi commissarum, et evictionaliter subscribens, cumta infra
prescripta




prescripta juncta et Obligationes Legales, sponte et libenter in
Me et Pucceproes Nostros suscipiens notum facio hoc meo sponte
taneo perpetuo venditio ulla industria humana in violabili
Jure, et incipito dato, nominatum Adum Rele Patri Hieronymo
Artecki Superiori, cunctisq; Patribus Basilianis, Monasterii Vilnen.
prout sequitur = Quod cum Nos supra Nominati possidendo Duo
perpetuo Fundationalia Kura Trybitty, cum Pradio et Sawiczunij,
ad Bona Rudzieni zli contingentia, in Palatinatu Vilnen sita,
quondam per Alexandrum Kolecki A. P. H. Wittis una cum Lu-
dzienizli, pro Cancellariatu Capituli Vilnen fundata, ab An-
tiquissimis temporibus in possessione et hereditate Capituli
Vilnen: Cancellariatus existentia nunc vero in actuali Poses-
sione Nostra permanentia libera, non irretita, nulli prioris
aut posteriori Jure extradita, debitis lucrisq; Juris non onerata.
Cum propter iniuriam in commoditatem et distantiam ejusmo-
di Villarum nec non Pradii, precipue vero propter Rachownice,
invasiones, violentias contingentes nec nondites Juris ea in
certitudine limitum practicatus, unaq; ob sterilitatem Camporum
arenis et lapidibus investitorum, in animum inclusimus, cum
Consensu Jurisdictionis Nostrae ejusmodi Villas et Pradium
in meliorem usumfructum fundi Rudziennicen: convertere, ven-
dendo illas perpetuo cuius plus offerenti, prout ad supplicem
Libellum pro parte nostra per Cellum Principem Episcopum Die-
ceseos Nostrae Vilnen: ad Sedem Apostolicam, de consensu et ra-
tione vendendi in perpetuum ejusmodi hereditates in melius
Cancellariatus Vilnen: Anno Millesimo Septingentesimo Octo-
gesimo Tertio, Mensis Novembris Die Vigesima Sexta, cui sup-
plicii Libello, annuendo R. Sedes Apostolica per suum Auten-
ticum Beneplacitum, Romanum Anno Millesimo Septingente-
simo Octogesimo Quarto Die Decima Januarii expeditum,
commisit Nuntio suo per Poloniam, ut ad ejusmodi venditio-
nem Commisario designaret, cum plena potestate ejusdem Ac-
tus consumandi. — Itaq; ea vi commissorum a Sede Apostolica
Sacra Nuntiatura expedit Instrumentum in Personas protunc
Perillustres Rsmos Niodemum Purzyna et Jacobum Dederko
Canonicos Vilnen: committendo Ipsiis plenam potestatem
conficiendi Inventaria dictarum Villarum Trybitty et Sawi-
czunij ipsarumq; calculandi, integros proventus, tassandi

valorem




valorem explorandi bonitatem extensionem, differentias, nec non
proventus Subditorum, prout etiam vendendi, per plus offerentiam
illi qui majorem obtulerit summam, prout Instrumentum
a Sacra Nuntiatura Anno Millesimo Septingentesimo Octo-
gesimo Quarto Die Vigesima Tertia Junii expeditum injun-
git. — Itaq; deducendo ad effectum ejusmodi Instrumentum,
Perillustres R. Sui Curia et Dederko, Commissarii prae-
sio innotescentialibus duobus Mensibus praecedente, Anno
ante praesente, Millesimo Septingentesimo Octogesimo Octavo
Mensis Martii Die Vigesima Tertia ad fundum ejusmodi
Villarum Trybitty cum Praedio et Pawiczany descendentes
Inventariis confectis omnibusq; proventibus fideliter calcu-
latis adinvenerunt ejusmodi Villas, cum Praedio non modo
ob incertitudinem limitum indeq; inevitabiles lites et in-
numeros processus, ne non propter sterilitatem agrorum
non esse utilis fundo Cancellariatus Vilnen. parumq; lucri
offerentia, verum etiam, quod maxime est momenti, ob con-
tinuas lites, pro manuteneendis limitibus quovis Anno im-
mensas, equirere expensas; his itaq; omnibus perpensis,
Perillustres R. Sui Commissarii ad Tenorem Instrumenti
sibi a Sacra Nuntiatura demandati, decreverunt ejusmodi
Villas Trybitty cum Praedio et Pawiczany ad melius fundi
dicti Cancellariatus vendere, in perpetuum per plus offeren-
tiam, summamq; pecuniae inde captam incertius lucrum
fundi Rudniceni collocare, prout mora capta intra ali-
quot hebdomadas cum nullus Nobilium Civium majorem
obtulerit summam, praeter D. P. Basiliano Monasterii Vilnen.
prout a Bonis suis Pawiczany cum Villa et Praedio Trybitty
contiguis Pawiczany vero totam Villam inter suos agros si-
tam, habentibus; Itaq; supra fact. Villas Trybitty cum Prae-
dio ejusdem nominis, nec non Pawiczany, in Palatinatu
Vilnen sitas, cum omnibus Pignoriis Praedii et Colonorum
cum Subditis per Villas habitantibus, utriusq; sexus nec
non fugitivis, relicta omnimoda potestate recuperandi
eosdem cum suis repetendis Obligationibus, Donis, In-
strumentalibus solutionibus juxta antiqua Inventaria cum

Camyris



5

Campis arabilibus nec non inarabilibus, cum Agnis pratis eaq̄
litis, atq̄ etiam paludosis nunc a Nobis possessis et sub pretestu
Differentiarum per Convicinos usurpatis, cum Jure reueneran-
di ab iisdem Convicinis, iusta processus intentatos, que per to-
tum cum omnibus perlucis, profundendis, fluminibus, Rivis,
fontibus nec non deuis cursus ordinariis fluminum declina-
tionibus unaq̄ cum omni eo, prout hec bina Villa nempe:
Trybitty cum Prædio et Pawierzany ab Antiquis temporibus
per extensum et circumferentias hereditabant, et modo possi-
dent, una cum Taberna ad eadem Villas pertinate, cum suo
Edificio, proventu, ad normam Inventarii confecti, nihil quid-
quam pro Nobis, Ruceponibus Nostri fundog Cancellariatus
excludendo, neq̄ excipiendo, iterum iterumq̄, neq̄ excipiendo per
univerdum una in toto iusta Inventaria et antiquos Linites,
precipue vero iusta Inventarium modo tradendum pro Summa
determinata, in rem fundationis pro Cancellariatu Vitnen: in
numero Vigiinti Millium florenorum Polonorum aureis Num-
mis Hollendis numerata ab Adum Aldo Patre Hieronymo
Artecki Superiore, Nouine omnium P. P. Basilianorum Monasterii
Vitnen: pro Nobis Cancellario et Coadjutore, nec non Ruceponibus
Nostri ad Manus recepta. — Pro ejusmodi itaq̄ Summa in perpetuum
et prosemper iisdem P. P. Basilianis, cum scitu et prævia
anuntiatione Superioribus Nostri vendo et omni hereditate
Nostri in Personas P. P. Basilianorum Jun: renuntio et cedo, nec
non hoc ipso tempore, ad ejusmodi Villas et Prædium Intra missio-
nem capere, per Generalem Ministrum Publicum permitto, in po-
testatem Actualem perpetuam possessionem, iisdem P. P. cedo. —
Virtute itaq̄ perpetuo presentis venditionis Juris nec non inscri-
ptionis pleni Juris et liberi redduntur P. P. Basiliani Vitnen:
suprafata Cura cum Prædio Subditis et Taberna, nec non
cum tota estensione in suam possessionem capita regere, dispo-
nere, Subditos ad Obligaciones adigere, ex Taberna et Agrio proventus
ad inuenire, et ad optimum Commodum suum convertere sine ullo
ex parte nostri Nostrorumq̄ Ruceponum vel cuiusvis impedimento,
nec non interpositione; itaq̄ iuncta Documenta hereditatis, et
Possessionis nec non Processuum cum lucis prout etiam Docu-
menta Linites et circumferentias ejusmodi Bonorum continen-
tia ad Manus Patrum Basilianorum consignare et reddo. — Si
vero, aliqua defuerint, eadem quovis tempore reddere, obli-
gamur. —




gamur. — In casu vero perturbationis quovis in puncto ejus-
modi perpetuae venditionis Junis aut in casu derogationis effectus
ejdem, non modo ad citandi Nos et Successores Nostros quovis
Forum in M. D. Litvanis determino et in eodem Foro; brevi-
sima Junis via ea quovis Registro servare, et implere effectum
presentis Documenti, obligamus sub Obligatione vadii Rei
valorem adequantis, sed etiam ad majus robur et firmitatem
cepsi, proprietatis Prædii nec non villarum aut in casu inges-
sionis se se, in ejusmodi proprietatem per quemvis, evictionem
in Bona cancellariatus Nostri fundationalia Judicium: hinc dic-
ta in Palatinatu Vilnen: sita inscribo, et ejusmodi Jus per-
petuum, per Me cancellariatus Vilnen: Coadjutorem, extraditum
approbandum esse per eundem Perillustrem Dnum cancellari-
um Vilnensem in spatio duorum Mensium, Alenuissime pro-
mitto. — Quae cuncta ad effectum deducere et Manu tenere justa
Obligaciones scriptas promittendo; præsens Documentum per-
petuum venditionis in presentia Mfiorum Dnorum Testi-
um Manu propria subscribo. — Datum Millesimo Septingen-
tesimo Nonagesimo Anno Julii Vigesima Die ad ejusmodi
venditionis in scriptum primo Penifolio terminatum rubro
serico consutum principalis est subscriptio: Thadeo Pawli-
kowski Coadjutor cancellarius Vilnen: infra hanc subscriptio-
nem sequuntur Subscriptiones Mfiorum Dominorum Testi-
um. oratenus et personaliter rogatus præteste a Perillustri Dno
Thadeo Pawlikowski Coadjutore cancellariatus Vilnen: Pro
et nomine Perillustri Dni Antoni Bukaty Cancellarii
Capituli Vilnen: Actore, ad ejusmodi Jus perpetuum venditio-
nis in Bona Trybitty cum Prædio ejusdem Nominiis nec non
Villam Pawiczany in Palatinatu Vilnen: sita pro Viginti
Millibus florenorum Polonicorum, Summa recepta et in rem
fundi cancellariatus Vilnen: convertenda, prævio consensu
Superiorum, Adum Kato Patri Hieronymo Artecki Superi-
ori cunctisq; Patribus Basilianis Monasterii Vilnen: cum
deusulis plenius in hac Inscriptione expressis datum et
valiturum ad Regulam Juris Me subscribo = Reverendus


Jasienoryk



Jasunczyk Michalowski (Cent. Palatinatus Minscen. = Rogatus
a Persona supra dicta in Testem ejusmodi Juris me subscribo, Casi-
mirus Antopewicz = Rogatus in Testem ejusmodi Juris me
subscripsi Carolus Kosiol - que perpetua venditionis Juris in-
scriptio per eundem Perillustrem Admum Dnum Thadeum
Paulikowski Cancellarium Vilnen. Coadjutorem recognita
in Acta Palatinatus Vilnen. Terrestria Causarum perpetuarum
inserta et ejusmodi Extratum, sub Sigillo Palatinatus Vilnen.
Terrest. Actonibus Religiosis Patribus Basilianis Vilnen.
extraditum est L. P. = Correctum Navenius Jurata Reg. Terrest.
Palatinatus Vilnen. Et in Actis = Ego Nicolao Wieniawa
Kosowicz Sacra Auctoritate Apostolica Publicus Diocesis Vilnen.
et Bresten. Litvanie Notarius, presentem Copiam Instrumenti
ex authenticata Polonico Idioma confecta, recte ad suum Pilum
in Latinum Idioma versam, et transumptam esse Testor; nec non
de Polonico Idioma in genuina voce Rachowice relicta,
fidem perhibeo; significare, partes non nullas fundorum
in limitibus non in rectum sitas sed sparsas et variis in
locis transjectas, super quorum fidem presens transumptum
Manu mea propria subscribo et Sigillo consigno. Datum
Vilna Anno Dni Millesimo Septingentesimo Nonagesimo
tertio. Die Septima Mensis Novembris = L. Sig. Idem qui
supra Notarius = 3^{tie} Transumptum Literarum in his
exaratarum ex Polonico Idioma, in Latinum Tenoris
sequentis: = Antonius Bukaty Cancellarius Capituli
Vilnen. infra expressis obligationibus submittendo: Notum
facio hoc meo corroborationis approbationis Documento
Religioso Patri Hieronymo Arceki Superiori, cum
etiq. Patribus Basilianis Monasterii Vilnen. dato, pro eo
quod Perillustre Admum Dnum Thadeum Paulikowski
Coadjutor Cancellariatus Capituli Vilnen. tam in Persona
mea, in vi Plenipotentiarum a me commissarum, prout etiam
in suo gradu



in suo gradu pro via facultate Jurisdictionis Nostrae Prae-
dium Trybitty cum Villis ejusdem Nomini, nec non Avi-
orum perpetuo Jure, Anno praeterito, Millesimo Septingen-
tesimo Nonagesimo Mensis Julii Vigesima Tertia Die ven-
didit pro Summa Viginti Millium Florenorum Polonicaum,
atq; ejusmodi venditionem coram Actis Terrestribus Palati-
natus Vilnen. recognovit, quod ejusmodi Jus, in supra fatum
Praedium Trybitty et Villas in Palatinatu Vilnen. sitas iusta
determinationem per Delegates Communitatis confectum et
traditum, neq; per me Cancellarium multoq; minus per quem-
vis alium annihilari posse, firmissime assecurando: in con-
traventorem ejusmodi Juris, in quovis puncto vadium va-
lorem rei aequans nec non poenam Personalis infamiae deter-
minando: ejusmodi meum perpetuo corroboracionis et ap-
probacionis Documentum una cum Testibus ad hunc ac-
tum rogatis Manu propria subscribo. — Datum Anno Millesimo
Septingentesimo Nonagesimo Mense Augusto Trige-
sima Die in Kadoflicewicze. — Antonius Bukaty Cancel-
larius Prelatus Vilnen. Curatus in Kadoflicewicze — ore-
tenus et palam rogatus Testis a Perillustri R. D. S. M. Anto-
nio Bukaty Cancellario Prelato Vilnen. Curato in Ka-
doflicewicze ad hanc inscriptionem corroboracionis Juris
perpetuae venditionis Bonorum Trybitty in Palatinatu
Vilnen. sitorum, a Perillustri R. D. S. M. Thadeo Pawlikow-
ski foadjutore Cancellariatus Vilnen. in vi Plenipoten-
tiarum ab eodem Perillustri Cancellario injunctarum,
subscripti et adicati Reverendissimo Patri Hieronymo
arteki Superiori Monasterii Vilnen. — Thadeus Giedroyc
Thesaurarius Vilnen. Rogatus Testis a Perillustri Dno
Antonio Bukaty Cancellario ad ejusmodi inscriptionem
corroboracionis intra expressam R. D. S. M. Patri Hieronymo
arteki Superiori Vilnen. extraditam ad mentem Legis
me subscribo Joannes Pawewski up. — Anno Millesimo
Septingentesimo Nonagesimo Mense Septembris Vigesima



7
Nona Die coram Actis Castrenſi Palatinatus Minscenſis compa-
rens Personaliter Perilluſtris Hoſimus Pater Antonius Bukaty
Cancellarius Capituli Vilnenſis. ejusmodi corroborationis Docu-
mentum coram me Caſtrenſi Palatinatus Minscenſis Regente
reſignavit, ſuſcepi et concordavi cum Actis Joannes Lyskiewicz
Regens Caſtrenſis. nec non Depositarium Palatinatus Minscenſis
mp = Ego Nicolaus Wieniawia Hoſpowski P^r Authoritate Apo-
ſtolica Publicus Apoſtolicus Diaceſis Vilnenſis et Breſtenſis Nota-
rius Copiam præſentem ex Authentico Idioma Polonio confecto,
vere et recte juſta Titulum ſuum in Latinum Idioma verſam
et tranſumptam eſſe teſtor. — In fidem Manu mea et ſigno quo
in ſimilibus uſor conſigno. — Datum Vilne Anno Dni Mille-
ſimo Octingenteſimo Nonageſimo Tertio Die Optima Men-
ſis Novembriſ. — Idem qui ſupra Notarius. — Loco + ſigni Notæ.
In quorum omnium et ſingulorum fidem ac teſtimonium
preſentes manu Noſtra ſubſcriptas ſigillo etiam Noſtro com-
muniter feimus. — Datum Varſavia Die 2^a Menſis Apri-
lis Anno Domini 1794^{to}

Ferdinandus Archidux Carthoginenſis Ad Hæly
et Executos.

Joannes Kewski Cancellarius.

